

COMMENTARIORVM BELLI GALLICI
LIBER PRIMVS
58 a.C.

I. Prooemium (1)

Gallia tempore Caesaris (1)

1. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. (2) Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. (3) Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. (4) Qua de causa Helvetii quo-

COMENTARIOS DE LA GUERRA DE LAS GALIAS
LIBRO PRIMERO
58 a.C.

I. Proemio (1)

La Galia en época de César (1)

1. Toda la Galia está dividida en tres partes, de las que una la habitan los belgas, otra los aquitanos y una tercera los que en su propia lengua se llaman celtas y en la nuestra galos. (2) Todos estos se diferencian entre sí en la lengua, las instituciones y las leyes. El río Garuna¹ separa a los galos de los aquitanos, el Mátrona y el Sécuana² de los belgas. (3) Los belgas son los más valientes de todos ellos, porque se encuentran muy lejos de la cultura y civilización de la Provincia³, porque con muy poca frecuencia se acercan a ellos los mercaderes y no importan los productos que sirven para afeminar el carácter, y porque también están muy próximos a los germanos que habitan al otro lado del Rin, con los que hacen continuamente la guerra. (4) Por esta

¹ El actual Garonne o Garona.

² Los modernos Marne y Sena.

³ César se refiere a la Galia Narbonense, territorio en el sur de la Galia, convertida en provincia romana por Gneo Domicio Ahenobarbo entre los años 125 y 118 a.C. En ella se encontraban las ciudades de Narbo (Narbona) y Masilia (Marsella). Coincide parcialmente con la actual Provenza.

que reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidiana proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. (5) Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. (6) Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. (7) Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum solis et septentriones.

II. *Bellum Helveticum* (2-29)

Motus Helvetiorum auctore Orgetorige (2-3)

2. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala, M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: (2) perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. (3) Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemano et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. (4) His rebus fiebat ut et minus late vaga-

1 5-7 eorum ... septentriones *secl. Bacher: def. Barwick, Hering, alii* •
5 Oceano *ed. Ald., lege Moreno 2015: Oceanum ω • 7 est om. β* •

2 1 et P. ante M. Pisone *del. Lahmeyer* •

razón los helvecios aventajan también al resto de los galos en valor, pues se enfrentan con los germanos en batallas casi diarias, cuando o los rechazan de su territorio o ellos mismos hacen la guerra en el de ellos. (5) Una parte de estos, la que se ha dicho que la ocupan los galos, comienza en el río Ródano, limita con el río Garuna, el Océano y el territorio de los belgas, toca además el río Rin por el lado de los sécuanos y los helvecios y está orientada hacia el norte. (6) Los belgas tienen su origen en el último confín de la Galia, llegan hasta el curso inferior del río Rin y se orientan hacia el norte y el este. (7) Aquitania se extiende desde el río Garuna hasta los montes Pirineos y la parte del Océano que está junto a Hispania y está orientada entre el oeste y el norte.

II. *Guerra contra los helvecios* (2-29)

Levantamiento de los helvecios al mando de Orgétorix (2-3)

2. Entre los helvecios el más noble y rico era de lejos Orgétorix. Este, en el consulado de M. Mesala y M. Pisón⁴, impulsado por el deseo de reinar, organizó una conspiración de la nobleza y persuadió a su pueblo para salir de su territorio con todas las tropas, (2) diciendo que era muy fácil, dado que aventajaban a todos en valor, apoderarse de la soberanía de toda la Galia. (3) De esto los convenció con más facilidad, porque los helvecios están limitados por todas partes por la naturaleza de su territorio: de un lado, por el río Rin, muy ancho y muy profundo, el cual separa el territorio helvecio de los germanos, de otro por el altísimo monte Jura⁵, que se encuentra entre los sécuanos y helvecios, y de un tercero por el lago Lemano y río Ródano, que separa nuestra Provincia de los helvecios. (4) Por estas cir-

⁴ El año 61 a.C.

⁵ Cadena montañosa entre Francia y Suiza.

rentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiabantur. (5) Pro multitudo autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustus se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum cxxl, in latitudinem clxxx patebant.

3. His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea quae ad proficiscendum pertinerent comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. (2) Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum perfectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorigis deligitur. (3) Is sibi legationem ad civitates suscepit. (4) In eo itinere persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat; (5) itemque Dumnorigi Haeduo, fratri Diviciaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. (6) Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae

cunstanias sucedía que su capacidad de movimiento era mucho menor y podían hacer menos fácilmente la guerra a sus vecinos; en este aspecto aquellos hombres, deseosos de guerra, se sentían especialmente frustrados. (5) Es más, de acuerdo con la multitud de hombres y con la fama de valentía en la guerra pensaban que disponían de un territorio reducido, que abarcaba doscientas cuarenta millas de largo y ciento ochenta millas de ancho⁶.

3. Influidos por estas consideraciones y movidos por la autoridad de Orgétorix, decidieron preparar lo necesario para emprender la marcha, comprar el mayor número posible de acémilas y carros, sembrar lo máximo que pudieran para tener abundancia de trigo en el camino y consolidar la paz y la amistad con los pueblos vecinos. (2) Para el cumplimiento de estos objetivos consideraron que tendrían suficiente con dos años. Acuerdan por ley fijar la marcha para el tercer año. Para el cumplimiento de estos objetivos se elige a Orgétorix. (3) Este se encargó de una embajada ante los otros pueblos. (4) En este viaje convence a Cástico, sécuano hijo de Catamanteledes, cuyo padre había dirigido durante muchos años el reino de los sécuanos y había sido llamado por el Senado «amigo del pueblo romano», para que se haga cargo en su propia ciudad del trono que su padre había ocupado antes. (5) Y asimismo al heduo Dumnórix, hermano de Diviciaco⁷, quien por aquel tiempo ostentaba la jefatura en la ciudad y gozaba de un gran prestigio entre el pueblo, lo convence para que intentara lo mismo y le entrega a su propia hija en matrimonio. (6) Les demuestra que era muy fácil realizar el cumplimiento de tales empresas, porque él mismo iba a obtener el mando

3 2 ad eas res conficiendas Orgetorigis *ω* : Orgetorigis *Gruterus* • 3 suscipit *ω* : suscipit *Davisius* • 4 habuerat *ω* : habuerit *Meusel* •

⁶ Mil pasos equivalen a una milla o 1.481 m, aunque la milla moderna equivale a 1.609 m. La extensión alcanzaría unos 355 km de este a oeste y 266 km de norte a sur; cfr. Constans, 2002, 4; Caerols, 2002, 45.

⁷ Dos nobles heduos. Diviciaco se alió con César en su lucha contra Ariovisto.

civitatis imperium obtenturus esset: (7) non esse dubium quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. (8) Hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

Huius mors praematura (4)

4. Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. Moribus suis Orgetoricem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat ut igni cremaretur. (2) Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit. (3) Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est; (4) neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

Iter Helvetiorum per Provinciam tentatum, sed, via Caesaris munitionibus interclusa, per Sequanos susceptum (5-9)

5. Post eius mortem nihilo minus Helvetii id quod constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant. (2) Ubi

de su propia ciudad. (7) No había duda, les hacía ver, de que los helvecios eran los más poderosos de toda la Galia y les asegura que él con sus propios recursos y su propio ejército les haría ganar los reinos. (8) Influidos por este discurso se prestan juramento de fidelidad entre ellos y tienen la esperanza de que, una vez ocupados sus propios reinos, serían capaces de apoderarse de la Galia entera con el esfuerzo de estos tres pueblos, los más poderosos y más sólidos.

Muerte prematura de Orgetorix (4)

4. Este plan fue desvelado a los helvecios por una delación. Según sus costumbres obligaron a Orgetorix a defenderse encadenado en un juicio. Si se le condenaba, el castigo que se debía imponer era el de ser quemado vivo⁸. (2) El día señalado para el juicio Orgetorix reunió de todas partes para acudir al juicio a todos sus allegados, unas diez mil personas y también a todos sus clientes y deudores que representaban un gran número los llevó al mismo lugar; gracias a ellos se libró de defenderse en el juicio. (3) El pueblo, irritado por tal atropello, trataba de hacer valer sus derechos con las armas y los magistrados estaban reuniendo un gran número de hombres procedentes de los campos, cuando Orgetorix murió, no sin la sospecha, como piensan los helvecios, de que se hubiera suicidado⁹.

Los helvecios intentan la marcha a través de la Provincia, pero, interceptado el camino por las obras de César, lo emprenden a través de los sécuanos (5-9)

5. Con todo, después de su muerte, los helvecios intentan hacer lo que se habían propuesto: salir de su territorio. (2) Cuando consideraron que ya estaban preparados para

4 2 dictionis *ω*, *edd.* : dictioni *Paul coll.* 7.2.3 •

⁸ Cfr. 6.16.4, 19.3, 7.4.10.

⁹ Léase Radin, 1920, 42-48.

iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, (3) reliqua privata aedificia incendunt; frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent; trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. (4) Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobicis finitimis uti eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent; (2) alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur. (3) Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum vide-

tal empresa¹⁰, incendian todas sus ciudades en torno a doce, unas cuatrocientas aldeas y los restantes edificios privados. (3) Queman todo el trigo, excepto el que iban a llevar con ellos, con el propósito de que, perdida la esperanza de regresar a casa, se mostraran más dispuestos a enfrentarse a todos los peligros; y mandan que cada cual traiga de casa una provisión de trigo molido para tres meses. (4) Convencen a sus vecinos, los ráuracos, tulingos y latobicos, para que, siguiendo su mismo ejemplo, quemem sus ciudades y aldeas y marchen junto a ellos; y aceptan como aliados a los boyos, quienes habían habitado al otro lado del Rin, habían pasado al territorio del Nórico y habían asaltado Noreya¹¹.

6. Había solamente dos rutas, por las que podían salir de su patria. Una era a través de los sécuanos, estrecha y difícil, entre el monte Jura y el río Ródano, por donde apenas se podía conducir a los carros uno a uno¹², y amenazaba además una montaña muy elevada¹³, de manera que unos pocos podrían cortar el paso; (2) la otra ruta a través de nuestra Provincia era mucho más fácil y accesible, puesto que entre la frontera de los helvecios y alóbroges, quienes habían sido pacificados¹⁴ hacía poco, discurre el Ródano y este se atraviesa a vado por algunos lugares. (3) La última ciudad de los alóbroges y cercana a la frontera de los helvecios es Génava¹⁵. Desde esta ciudad se extiende un puente hasta los helvecios. Estos suponían que o bien convencerían a los alóbroges, porque les parecía que todavía no esta-

¹⁰ A los tres años, como se había dicho en 1.3.2.

¹¹ El Nórico era el territorio situado entre los Alpes y el Danubio en el sudeste de la actual Austria. Noreya comprende la parte actual de Austria que se extiende entre el Inn, el Danubio, Hungría e Italia.

¹² El actual Pas de l'Écluse.

¹³ El moderno Plat des Roches, al que seguía el Grand Credo.

¹⁴ Sucedió en el año 60 y en realidad habían sido más bien sometidos que pacificados (eufemismo).

¹⁵ La actual Ginebra.

⁵ 4 latovicis A, *cf.* 1.28.3, 29.2: Latobrigis *edd. vet.*, : latocucis β • oppugnantur ω : oppugnabant *Kraffert* •

⁶ 3 Genava *Mommsen* : genua ω •

rentur, existimabant vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur. (4) Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone A. Gabinio consulibus.

7. Caesari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit. (2) Provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat (erat omnino in Gallia ulteriore legio una), pontem qui erat ad Genavam iubet rescindi. (3) Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare ut eius voluntate id sibi facere liceat. (4) Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; (5) neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria et malefi-

ban a buenas con el pueblo romano o bien les obligarían por la fuerza a que les dejaran paso por su territorio. (4) Dispuesto todo para la marcha, fijan un día, en el que todos se reunirían junto a la orilla del Ródano. El día en cuestión era el 28 de marzo en el consulado de Lucio Pisón y Aulo Gabinio¹⁶.

7. Cuando se informó a César¹⁷ de que se proponían marchar a través de nuestra Provincia, se apresura a salir de Roma¹⁸, se dirige a la Galia Ulterior¹⁹ a la mayor velocidad posible y llega a Gónava. (2) Exige a toda la Provincia el mayor número posible de soldados (solamente había una sola legión²⁰ en la Galia Ulterior) y ordena que se destruya el puente que había junto a Gónava. (3) Cuando los helvecios se enteraron de su llegada, le enviaron de embajadores a las personas más distinguidas de la ciudad. Esta embajada la encabezaban Nameyo y Veruclecio, con el objetivo de que le comunicaran que su intención era atravesar la Provincia sin causar daño alguno, porque no disponían de ninguna otra ruta. Le pedían permiso, decían, para hacerlo con su beneplácito. (4) César pensaba que no había que concederlo, porque conservaba en el recuerdo que se había asesinado al cónsul Lucio Casio²¹, que los helvecios habían derrotado a su ejército y que se les había hecho pasar bajo el yugo²². (5) Además no creía que unos hombres con intenciones hostiles, una vez que se les diera permiso para atravesar la Provincia, se iban a privar de ultrajes y malda-

¹⁶ El año 58.

¹⁷ César se nombra por primera vez en tercera persona.

¹⁸ El texto latino pone *urbem*, pues Roma era la ciudad por excelencia para los romanos.

¹⁹ Era la Galia Transalpina que limitaba con la Galia Narbonense.

²⁰ Se trataba de la legión X, la favorita de César; cfr. 1.41.2.

²¹ Lucio Casio fue colega del general y dictador Gayo Mario el año 107 a.C.

²² El ejército derrotado se veía obligado a pasar bajo un arco formado por tres lanzas en señal de total sumisión.; cfr. Livio, 3.28.11.

7 1 Genavam *Mommsen* : genuam ω • 2 Genavam *Mommsen* : genuam ω • 3 principem ω : principum αUR •

cio existimabat. (6) Tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, ad Id. April. reverterentur.

8. Interea ea legione quam secum habebat militibusque qui ex provincia convenerant a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. (2) Eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conentur, prohibere possit. (3) Ubi ea dies quam constituerat cum legatis venit et legati ad eum reverterunt, negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facere conentur, prohibeturum ostendit. (4) Helvetii ea spe deiecti navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdiu, saepius noctu si perrumpere possent conati, operis munitione et militum concursu et telis repulsi, hoc conatu destiterunt.

9. Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis invitis propter angustias ire non poterant. (2) His cum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorixem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrent. (3) Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate

des. (6) No obstante, para ganar tiempo hasta que acudieran los soldados que había exigido, contestó a los embajadores que se tomaría un plazo de tiempo para pensarlo; si querían algo, que volvieran el 13 de abril²³.

8. Entretanto, con la legión que tenía con él²⁴ y con los soldados que habían acudido de la Provincia extiende un muro de dieciséis pies de alto y una zanja de diecinueve mil pasos desde el lago Lemán que desagua en el río Ródano hasta el monte Jura, el que separa el territorio de los sécuanos de los helvecios. (2) Terminada la obra, establece guarniciones, refuerza los fortines para poder rechazarlos con más facilidad, en el caso de que intentaran cruzar en contra de su voluntad. (3) Cuando llegó el día que había fijado con los legados y estos llegaron a su presencia, comunica que él no podía, según la costumbre y precedentes del pueblo romano, permitir el paso a nadie por la Provincia y deja claro que lo prohibiría si lo intentaban hacer a la fuerza. (4) Los helvecios, frustrada su esperanza, tantearon la posibilidad de atravesar uniendo botes y construyendo un gran número de balsas, otros lo probaron por los vados del Ródano, por donde el río tenía menos profundidad, unas veces de día y las más de noche. Rechazados gracias a las fortificaciones, a los ataques de los soldados y a los dardos, desistieron de la intentona.

9. Quedaba un solo camino a través de los sécuanos, por donde no podían marchar sin el consentimiento de los sécuanos debido a sus desfiladeros. (2) Como no eran capaces de persuadirlos por sí mismos, envían legados al heduo Dumnórix, para que con su mediación pudiera convencer a los sécuanos. (3) Dumnórix tenía una gran ascendencia sobre los sécuanos gracias a su influencia y generosidad. Era también amigo de los helvecios, porque de este pueblo

9 2 possent *R^{bc}N*: poterant *ω* •

²³ Las Idus de abril en el calendario romano.

²⁴ La legión X, como se ha señalado más arriba.

Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. (4) Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat ut per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidesque uti inter sese dent perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant, Helvetii, ut sine maleficio et iniuria transeant.

Consilia Caesaris, ut hoc quoque itinere eos prohibeat. Gallorum querelae de iniuriis Helvetiorum (10-11)

10. Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae civitas est in provincia. (2) Id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. (3) Ob eas causas ei munitioni quam fecerat T. Labienum legatum praeficit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. (4) Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conan-

4 perficit A : perficit cett. •

10 1 renuntiatur ω : nuntiatur Lipsius, cfr. 1.39.7, 4.32.1 :renuntiantur Mβ •

había tomado como esposa a la hija de Orgétorix. Espoleado por su deseo de reinar, se dedicaba a la desestabilización. Quería tener bajo su influencia al mayor número de ciudades gracias a sus favores. (4) Así que acepta el encargo y solicita a los sécuanos que permitan a los helvecios atravesar su territorio, consiguiendo que se intercambien rehenes²⁵: los sécuanos, para que no entorpezcan la marcha de los helvecios, y estos para que atravesen sin daños ni perjuicios.

Planes de César para impedirles el paso en su marcha. Quejas de los galos sobre los agravios que le hacen los helvecios (10-11)

10. Se informa a César de que los helvecios tienen la intención de dirigirse por la comarca de los sécuanos y de los heduos hasta el territorio de los sántonos, que no distan mucho del territorio de los tolosates, quienes se encuentran en la Provincia²⁶. (2) Si esto ocurriera, entendía que supondría un grave peligro para la Provincia tener por vecinos, en parajes abiertos y muy ricos en trigo, a hombres bellicosos, enemigos del pueblo romano. (3) Por este motivo puso al legado Tito Labieno al frente de la fortificación que había levantado; él, por su parte, se dirige a Italia a marchas forzadas, alista allí a dos legiones²⁷, saca de los cuarteles de invierno a tres que pasaban el invierno en las proximidades de Aquileya²⁸ e intenta marchar con estas cinco legiones por la ruta más corta hacia la Galia ulterior a través de los Alpes. (4) Allí los ceutrones, grayócelos y caturiges, tras ocupar los lugares elevados, intentan cortar el paso al ejér-

²⁵ El intercambio de rehenes servía para sellar una alianza o para garantizar el cumplimiento de lo acordado. Era usual entregar como rehenes a los hijos de los líderes de los pueblos.

²⁶ La distancia real sería de unos 200 km; cfr. Kraner, 1999, I 103.

²⁷ Las legiones XI y XII.

²⁸ Las legiones VII, VIII y IX.

tur. (5) Compluribus his proeliis pulsabatur ab Ocelo, quod est oppidum citerioris provinciae extremum, in fines Voconiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit. Inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

11. Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduum fines pervenerant eorumque agros populabantur. (2) Haedui cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: (3) ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. (4) Eodem tempore quo Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduum, Caesarem certiorum faciunt sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. (5) Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. (6) Quibus rebus adductus Caesar non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos Helvetii pervenirent.

Clades Tigurinorum ad Ararim (12)

12. Flumen est Arar, quod per fines Haeduum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut

5 oppidum *add. Schneider coll. 1.38.1, 7.68.1* • Segusiavos *Nipperdey, cfr. 7.64.4, 75.2* : sebusianos ω •

11 4 Ambarri *Ciacconius, edd.* : Haedui Ambarri ω •

12 1 lenitate ω , *def. Moreno 2005* : levitate *Parisinus 5769, Brutus* •

cito en su marcha (5) Después de rechazarlos en múltiples combates, desde Ócelo, que está en el extremo de la Provincia citerior, llega en siete días al territorio de los voconios en la Provincia ulterior. Desde allí conduce al ejército al territorio de los alóbroges y desde los alóbroges hasta los segusiavos. Estos son los primeros que se encuentran fuera de la Provincia al otro lado del Ródano.

11. Los helvecios ya habían hecho pasar a sus tropas por los desfiladeros²⁹ y territorio de los sécuanos, habían llegado al territorio de los heduos y estaban devastando su comarca. (2) Los heduos, al no poder defenderse de ellos ni a sí mismos ni sus propiedades, envían legados a César para pedirle ayuda. (3) Ellos en todo tiempo, aseguraban, habían hecho méritos suficientes ante el pueblo romano³⁰ como para no merecer que se arrasasen sus campos, se esclavicasen a sus hijos y se asalten sus ciudades casi a la vista de nuestro ejército. (4) Al mismo tiempo, los heduos ambarros, amigos y parientes de los heduos³¹, informan a César de que, una vez devastados sus campos, a duras penas podrían impedir que el enemigo atacara su ciudad. (5) Asimismo, los alóbroges, que tenían aldeas y tierras al otro lado del Ródano, se refugian en su huida junto a César y le muestran que no les queda nada sino el suelo de su comarca. (6) César, movido por estas razones, decidió que no debía esperar a que los helvecios llegaran hasta los santonos después de destruir todos los bienes de sus aliados.

Derrota de los tigurinos en Arar (12)

12. Hay un río, el Arar, que corre por el territorio de los heduos y sécuanos con una lentitud increíble, de tal

²⁹ Cfr. 6.1 y 9.1.

³⁰ Eran aliados del pueblo romano desde el año 121 a.C.; cfr. Livio, *perioch.* 61.

³¹ Cfr. 33.2.

oculis in utram partem fluat iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. (2) Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat. (3) Eos impeditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas silvas abdiderunt. (4) Is pagus appellabatur Tigurinus, nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. (5) Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. (6) Ita sive casu sive consilio deorum immortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenam persolvit. (7) Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.

3 in proximas silvas *T*, *cfr.* 6.8.6: in proximis silvis *U* • 5 *sic interpungendum, cfr. Kraner ad loc.* •

manera que no se puede determinar con la vista hacia qué parte fluye. Los helvecios lo cruzaban en balsas y barcasas entrelazadas. (2) Cuando los exploradores informaron a César de que tres partes de las tropas de los helvecios habían atravesado dicho río y que la cuarta parte restante quedaba a este lado del río Arar, a partir de la tercera guardia³² marchó desde el campamento con tres legiones³³ y llegó a la parte que todavía no había atravesado el río. (3) Tras atacarlos cargados y desprevenidos, mató a gran parte de aquellos, los demás se dieron a la fuga y se escondieron en los bosques cercanos. (4) Este cantón se llamaba Tigurino, pues el pueblo helvecio está dividido en cuatro cantones. (5) Únicamente este cantón, que había emigrado de su patria en tiempos de nuestros padres, había dado muerte al cónsul Lucio Casio y había enviado a su ejército bajo el yugo³⁴. (6) Así, fuese por casualidad o fuese por designio de los dioses inmortales, aquella parte del pueblo helvecio, la que había causado al pueblo romano un desastre memorable, fue la primera en recibir su castigo³⁵. (7) Al hacer esto, César vengó no solamente los agravios públicos, sino también los privados, ya que al abuelo de su suegro Lucio Pisón³⁶, el legado Lucio Pisón, lo habían matado los tigurinos en la misma batalla que a Casio³⁷.

³² Las horas de la noche se computan militarmente como las guardias o imaginarias de los soldados, distribuidas en cuatro de igual duración. La tercera guardia se extendía desde las 12 hasta las tres de la madrugada.

³³ Las legiones VII, VIII y IX.

³⁴ *Cfr.* 7.4, 13.2.

³⁵ Plutarco (*Caesar*, 18.2) y Apiano (*Gall.* 1.8) asignan esta acción bélica a Labieno, no a César.

³⁶ César se había casado en el año 59 a.C. con Calpurnia, hija de Lucio Calpurnio Pisón.

³⁷ *Cfr.* 1.7.4.